



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis
Castilionensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

Cepari, Virgilio

Coloniæ Agrippinæ, 1608

Epistola dedicatoria auctoris ad eundem Marchione[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-43934

ILLVSTRISSI-
MO, ET EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO,

FRANCISCO GONZAGAE,
S. ROM. IMP. PRINCIPI, MAR-
CHIONI CASTILIONIS,
Medoles, &c.

RVDOLPHI II. CAESARIS
CVBICVLARIO, CONSILIARIO,
ATQVE APVD S. mum D. N. PAV-
LVM V. PONT. MAX.
Oratori.

VIRGILIVS CEPARIVS E SOCIE-
TATE IESV S. P. D.

ILLVSTRISSIME,
atq; excellentissime Prin-
ceps. Beatus ALOTSIVS
GONZAGA Frater
Tuus maior, iam inde à pri-
ma pueritia, tanto se ardore Christiana
religioni, & pietati dedit, ut annum
circiter octavum decimum, studio Socie-
tatis IESV ineunda, Rudolpho Marchio-
ni, fra-

DEDICATORIA.

ni fratri item suo, ditione auita, fortunisque cesserit. Ibi in breui tam præclaram excellentis virtutis gloriam est adeptus, tantumq; sanctimonia nomen, quantum deinde post eius mortem, Deus miraculis, ipso deprecante prestitis, declarauit. Igitur omnium consensu inter eos est numerandus, quorum vitæ, velut commune Christianis hominibus, ac salutare documentum, produntur litteris: atq; eo consilio huius mihi libri de eius moribus componendi, à maioribus meis provincia commendata est. Eum, quando nunc, Deo beneuolente, absolui, mitto ad te, Princeps excellentissime, quasq; uti certiore me facias, velisne in lucem exire. Tamen si enim non dubito, quin id ad augenda aduersus Deum hominum studia non parum sit habiturum momenti, tamen absq; Tua voluntate mihi tantum licere non putauit. Quare tibi eum offero donoq; cui merito debeo, non ob communionem solum sanguinis, qua proximè eum contingis, & amorem, quo ille te semper eximio complexus est, verum etiam (quod equidem plaris aestimo) quòd in hoc, quem tenes, vitæ gradu, ipsius animi innocentiam, virtu-

A 5

temq;

*remq; amularis. Quocirca non dubitavit
 aliquando Brixienſis Antistes negare, eſſe
 quòd de ea ſua diœceſis parte ſit ſollici-
 tus, quæ in Tua, Excellentiffime Princeps,
 ditione eſt poſita. Te ſiquidem, Tuamq;e
 coniugem Ribianam Perneſtainiam, Prin-
 cipem feminam longè lectiſſimam, cum
 præſtantibus laudabilis vitæ exemplis,
 tum verò pleno religionis imperio, tan-
 ta erga Deum obſervantia ac pietate pa-
 rentis vobis populi animos imbuiffe, uti
 vel ſe amplius promouere poſſe deſperet.
 Accipe igitur, Excellentiffime Princeps,
 leue quidẽ hoc donum, ſed quod pro ſingu-
 lari mea in Te pietate, propenſo animo à
 me datur, eaq; re refice te, & recrea, quòd
 inclyti Tui generis homines non militari-
 bus modo virtutibus, & amplitudine
 ſubiectarum ſua potèſtati, ditioniq; regio-
 num in terra, ſed etiam germana vir-
 tutis, & ſanctimonia glo-
 ria in calo florere
 cognoſcas.*

AVCTOR